

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82

Landsberg, Johannes Justus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 8vum

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

14
16
habeam, et omnia habeo, o Deus meus et
omnia! Millies hoc dicam, millies hoc cogi-
tabo, millies hoc repetam; neque enim vel dicere,
vel cogitare majus possum aut melius, quam
hoc ipsum: Deus meus et omnia! mihi Deus est
epulatio, mihi delectatio, mihi voluptas, mihi
divitias, mihi delicia, mihi quies, mihi thesaurus,
mihi Deus est omnia.

Caput 8^{um}

Continuatio carūde aspiratio-
num.

1. Si coelum et terra, et omnia, quae in eis
sunt, bona mihi videntur, quanto melior mi-
hi videri debet, qui fecit ea, omnia enim bona
fecit ipse Deus; ipse autem est bonus, quem
nemo fecit: ille bono suo bonus est, et à se ipso
bonus est: et ideo summum bonum est. O quan-
ta dulcedine afficior, cum audio Summum
Bonum. Bonum hoc quare anima mea: Sum-
mum bonum, infinitum bonum, immensum
bonum hoc est suum bonum. Quid ei deest,
cui summum bonum bonum est? quid ultra
appetere potest, cui infinitum bonum, immen-
sum bonum ac bonum bonorum omnium bonum
est, portio eius, possessio eius, fructus eius est.
O possideam te, o fruam te summum bonum

meum, gaudium meum, consolatio mea, spes
mea, delectatio mea, vita mea, salus mea, deus
meus et omnia.

cas. 33.

S. aug. lib. 1. dicit.
c. 1.

2. Dulcissime deus dixisti: ostendam omne
bonum tibi: Hoc bonum desidero, hoc bonum
requiro, et quoddam illud, nisi tu Domine deus
meus? tu es enim omne bonum, summum bonum uni-
cum bonum. O deus supra quem nihil, extra
quem nihil, sine quo nihil! deus, sub quo to-
tum est, in quo totum est, cum quo totum est,
deus beatitudo, in quo, et a quo, et per quem
beata sunt omnia. deus bonitas et pulchritu-
do, in quo, et a quo, et per quem bona facta et
pulchra sunt, quae bona et pulchra sunt om-
nia. te invoco, te adoro, te laudo, te benedico,
te deligo, te tota mente mea requiro. Ah moveat
te suspirium meum, inebria me sobrio amore
tui, ut solo hic corpore detentus, libera mente
transvolem ad te unicum bonum et thesaurum
meum.

3. Bonum omnes appetunt, at pauci verum
in bonum inveniunt, quia illud, ubi deberent,
non inquirunt: apud deum o anima mea, quare
quod vere bonum est, ibi est, quidquid amas. Si
vis divitias, gloria et divitiae in domo eius. Si
honores, amici dei honorati sunt nimis. Si de-
lectat pulchritudo, in deo fulgebunt iusti si-
cut sol. Si nobilitas, qui adheret deo: quo nil
similes angelis eius. Si vitam cupis aeternam,
nobilius spiritus est cum illo. Si vitam cupis aeternam,

¶ Si sapientiam: in
eo sunt omnes the-
sauri sapientiae et
scientiae absconditi.

ps. iii. v. 138. c. Col. 2.
math. 13. p. cor. 6.
1. ap. 9. 9.

21
17
iusti in perpetuum vivunt. Si sanctam inebrietatem, inebriaberis ab ubertate domus Dei. Si castam voluptatem, torrente voluptatis sua potabit te Dominus. O qui hoc bono fruitur, quid illi est? et qui eo caret, quid illi non est? nempe Deum habenti, omne bonum est, et eo carenti, non omne bonum, sed omne malum est. Perdit igitur, quod vivit, qui te non diligit o bone Deus. Qui tibi vivere recusat, mortuus est. Qui tibi non sapit desipit. Misericordissime tibi me commendo, per quem sum vivo, et sapio. Te cupio, diligo, adoro, Ah ardeat in amore tui cor meum, requiescat in te anima mea, o Deus meus et omnia.

S. aug. in
manual. c. 4.

Caput 9.^{num} Aspirationes ad Deum ob eius presentiam.

1 Credo Domine, te ubiq; presentem per essentiam, per inspectionem, et per potentiam. Per essentiam, quia Majestas tua per te ipsam omnibus prorsus creaturis inest, quod ubi plena enim est omnis terra gloria, id est, majestate tua. Per inspectionem vero ades omnibus, quia omnia perspicis, omnia vides, nihilq; tam occultum, quod oculos tuos fugiat, scrutans corda et renes Deus. Denique per potentiam ubique

Isaj. 6.

Ps. 7.